

14. 'Hoc' inquit 'infortunii
Dant mihi vota populi,
Quorum neglexi animas,
Quorum comedi victimas.'
15. Pro defunctorum merito
Cantat 'placebo domino,'
Et pro votis viventium
Totum cantat psalterium.
16. Post completum psalterium
Commune perstat commodum
Sacerdotis timiditas
Atque lupi calliditas.
17. Nam cum acclivis presbiter
Perfiniret 'pater noster,'
Atque clamabat domino
'Sed libera nos a malo!'
18. Hic dorsum ejus insilit
Et saltu liber effugit,
Et cujus arte captus est,
Illo pro scala usus est.
19. At ille laetus nimium
Cantat 'laudate dominum,'
Et promisit pro populo
Se oraturum a modo.
20. Hinc a vicinis quaeritur
Et inventus extrahitur,
Sed non nunquam devotius
Oravit, nec fidelius.

20, 3 das dem verse nothwendige non verneint, auf deutsche weise, mit nunquam zusammen nur einfach.
